

Digital archive of <http://boletales.com>

Fries, E.M. & Hök, C.T.
Boleti, fungorum generis illustratio
Regiae Academiae Typographia
Upsaliae
1835

This is a digital reprint of the above old book, the copyright of which is believed to have expired or the book is not under copyright and therefore belongs in public domain. This version was prepared and is provided by boletales.com, which is building its own archive of old books on the boletes. However unlikely, should you believe that the uploading of this file violates someone's copyrights, please contact us immediately on contact@boletales.com.

This file was prepared by scanning and subsequent Optical Character Recognition (OCR) of the original title. It was carefully proof-read to correct any possible misspelling that might have been occurred during the preparation process. Although exceptional care has been taken to reproduce this title to the slightest detail (including the original spelling, typing errors, pagination, line breaks and even the initial text formatting), boletales.com cannot guarantee the exact match of the content below to the original. Should you notice any discrepancies in the text, please let us know on the above e-mail.

The index of the names of the boletes appearing in the end of the file is not part of the original text and was added for convenience by boletales.com. Please consider that the species names occurring in the introductory part of the book do not appear in the index.

Scanning, OCR, text verification, formatting and preparation of this file were performed by Boris Assyov.

Suggested citation:

Fries, E.M. & Hök, C.T. 1835. Boleti, fungorum generis illustratio. Regiae Academiae Typographia, Upsaliae. [digital reprint from the archive of boletales.com; http://boletales.com/wp-content/uploads/2010/12/Boleti_fungorum_generis.pdf; accessed on *add access date here*]

**BOLETI,
FUNGORUM GENERIS,
ILLUSTRATIO,**

QUAM
CONSENS. AMPLISS. FACULT. PHILOS. UPSAL.

PRÆSIDE

ELIA FRIES

OECON. PRACT. PROFESS.

p. p.
C. T. HÖK
Smolandus

IN AUDIT. GUSTAV. DIE XIII JUNII MDCCCXXXV.

R. P. M. S.

UPSALIÆ

EXCUDEBANT REGIÆ ACADEMIÆ TYPOGRAPHI

KONUNGENS
TROTJENARE ASSESSOREN
WÄLBORNE
HERR A. F. BRÅKENHJELM

SAMT
ASSESSORSKAN
WÄLBORNA
FRU E. J. BRÅKENHJELM
FÖDD HÖK

De huldaste Fosterföräldrar
med sonlig vördnad och innerlig tacksamhet
tillengnadt
af
CHRISTOPHER THEODOR HÖK

Boletorum genus, cujus characteres in Syst. Myc. 1, P, 585 expositi sunt, multis rationibus insigne est. Primo enim nullum exstat fungorum genus magis naturale, habitu et characteribus undique acutius limitatum. Cum Polyporis diu quidem fuit commutatum, sed quo pacto post *Michelii* labores fieri potuerit jure miratur *Greville* (Fl. Crypt. Scot. t. 121). Sprengel in nova editione Systematis vegetabilium cum Boletis iterum conjunxit, sed haec unionem ipse in Fl. Halensi ed. 2. mox revocabat.

Dein speciebus admodum spectabilibus, pervulgatis, acute limitatis esse admodum commendat. Plurimis vero imperfecte descriptis notisque essentialibus neglectis eas tantum in Syst. Mycol. recipere debui, quae ipse plene et frequentius examinaveram. De industria haud paucas rarius obvias, nec satis exploratas, vel prorsus negligebam vel maxima adfinibus subjungebam. Hoc caute factum adhuc censeo, licet a recentioribus quibusdam vituperatum videam; vereor potius, ne hi ipsi species nimis obiter observatas distinguendo et formas anomalas describendo gravius erraverint. Per tria lustra, a System. Myc. 1. edito praeterlapsa, de his aliisque novis multa expertus sum, multa fidi observatores mecum communicarunt, quare novam spe-

cierum enumerationem, synonymis recentioribus auctam, Botanicis gratam fore speravi. Ad calcem simul specierum novarum pleniorum expositionem subiungam.

Porro Boleti, utpote ex, maxima parte edules moleque et copia excellentes, omni attentione digni videntur. In Europa australi in cibariis frequentes sunt, sed e negligentia in specierum venenatarum distinctione plures simul casus funesti. eveniunt. Venenosi sunt *Boletus luridus* omnesque affines ore tubulorum rubente; suspecti *Bol. felleus* et *cyanescens*. Reliquos fere omnes præ ceteris fungis commendat Cel. LENZ (videas *Nützliche und schädliche Schwämme*), qui cautis longoque tempore spatio continualis periculis de usu fungorum optime meritis est. (Per plures hebdomadas aquam limpidam bibens fungis unico vescebatur, testaturque se nullo tempore magis mente et corpora viguisset.)

Tandem Boletorum geographica dispositio magis ad leges perfectiorum plantarum accommodata est, quam de aliis plerisque generibus compertum habemus. Omnes species, aestate præcipue exeunte et jove pluvio vigentes, locis consuetis fideliter redeunt. Quo rapidius crescunt, eo altius simul in alpes ascendunt, v. c. *B. scaber* usque ad terminum nivalem. Multas sibi privas, tantum in subalpinis et alpinis Europae mediae rarius simul obvias species, Europa borealis enititur v. c. *B. bovinum*, *flavidum*, *variegatum* e. s. p. Alios vero typos, præcipue *Bol. luridum* et *subtomentosum*, Europa australis magis fovet et multiplicat. Maxima videtur specierum accumulatio in regionibus Europae mediae. Desiderantur vero

ibidem *Boletus parasiticus* aliaeque Europae occidentalis species, in America boreali iterum obviae.

Genuinas species in hoc genere primus proposuit immortalis Linnaeus. Vulgatiores boreales species bene separavit, acute definivit, optime denominavit. Cum vero australiores simul recipere non potuerit, fingunt nonnulli Linnaeanas species prorsus esse negligendas. Inter calamitates Mycologiae recentioris haud reticenda est haec temeritas l. potius arrogantia, qua leviores scriptores nomina antiquissima, certissima, optima rejiciunt novaque pejora, omnem historiae vim negligentes, praeferunt. In aliis rei herbariae partibus hoc studium, sive e negligentia sive de industria factum sit, debitum contemptum jam diu reportavit: sed in recentissimis Mycologorum scriptis praecipue florere coepit et, mirum dictu, sectatores invenit. Nescio sane an ullibi exstent exempla magis turpia, magis flagrantia, quam *Boleti* genus offert. Sic saepe ne citatos quidem sub novis perversis nominibus invenies Linnaeanos *Boletum luteum*, *granulatum*, *bovinum*, *subtomentosum* et *viscidum*, licet haec primi ingenui determinatoris nomina sint antiquissima, certissima, aptissima. Sic *Boletum luteum* annulatum dicere malunt, sed plurimi exstant annulati, inter quos vero *Bol. luteus* carnis et praecipue tubulorum intense luteo colore ita excellit, ut etiam in plurimis linguis vernaculis (Hungariae teste Clusio, Germaniae, Sueciae) exinde lutei nomen tulerit. Sed haec nesciunt historicum scientiae tramitem deserentes et aptum justumque negligentes. Sic quantum *Bol. granulati* nomen *B. flavorufi* vel circinantis praestat, neminem fugere potest, etiam si prioritatis jure servandum non esset.

Dispositionem primariam a velo haud deductam esse, improbabitur tantum notis superficialibus inhaerentibus. Velum enim non est pars systematis fructificantis, sed vegetavi; diffinia cogit, vere affinia separata. Saepe fallax est, cum e systematis vegetabilis luxurie in eadem specie nunc persistat, nunc evanescat. Attento observatori latere non potest *B. luteum* *B. granulato*, *B. flavidum* *B. bovino*, *B. cavipedem* et *B. squalidum* *B. variegato*, *Bolet. floccopodem* *B. scabro* etc. proximos esse, licet illi velo annulato ab his differant.



Clavis Specierum:

Sporidia tubulique lutescentia aut subferruginea:

tubuli stipiti adnati:

* pileo glabro subviscoso. 1—11.

** pileo flocculoso. 12 — 22.

tubuli liberi 25 — 32.

Sporidia ferruginea, pori albidii: 33 — 42.

Sporidia rosea: 43.

Sporidia alba: 44, 45.



I. CORTINARIAE. Sporidia ochraceo-ferruginea

1. lutescentia, tubulis concoloribus. Stipes laevis, haud bulbosus. (except. n. 22.)

† *Tubuli stipiti adnati, nec circa stipitem abbreviati.*

* *pileo glabro, jove udo viscido.*

1. *B. luteus* Linn., pileo pulvinate glutine fusco secedente oblinito, stipite aequali firmo *supra annulum*

membranaceum punctato, tubulis adnatis rotundis simplicibus luteis. *Schaeff t.* 114. *Lenz f.* 30. *Krumbh. t.* 33. *B. annulatus. Bull. t.* 33a. *Fl. Dan. t.* 1135.

In silvis copiose; sed unico loco Britanniae tantum visus, ubi sequens vulgatio.

2. *B. flavus* Wither., pileo convexo glutine fusco secedente oblinito, stipite firmo basi incrassato supra *annulum membranaceum reticulato*, tubulis decurrentibus subangulatis aureo-sulphureis. — *B. luteus. Sowerb. t.* 265. *Grev. t.* 183. *B. flavidus. Krumbh. t.* 34. *f.* 1—10.

In Eur. occid. et Bohemia. Sub *B. Grevillei* nomine primus rite distinxit acutis. Klotsch! cui pulchra specc. debeo.

3. *B. flavidus* Fr., pileo tenui glabro viscoso flavescenti-livido, stipite tenui laevi supra *annulum viscosum punctato*, tubulis decurrentibus angulatis compositis. *Sommerf. Lapp. p.* 272. *Secret. Helv. III. p.* 4. *Krumbh. t.* 4. *f.* 35—37. *B. velatus Pers. M. Eur. t.* 20. *f.* 1—3. (nomen tantum temere mutatum.)

In silvis paludosis montanis Europ. borealis, et alpinis Eur. mediae. (*Bolet. Collarius* Pers. Myc. Eur. incerta species).

4. *B. granulatus* Linn., pileo pulvinate glutine fusco secedente collinito, stipite nudo firmo apice *punctato-granuloso*, tubulis adnatis majusculis simplicibus luteis, are granulato. *Schaeff. t.* 123. *Sowerb. t.* 420. *Lenz. f.* 31. *B. circinans. Pers.*

Pineta in regionibus campestribus incolit.

5. *B. rutilus* Fr., pileo pulvinate glabro viscoso rufescenti-testaceo, *stipite* crasso laevi luteo *rubroque*

variegato, tubulis adnato-decurrentibus simplicibus *minutis* nudis flavis. *B. olivaceus* *Schaeff.* t. 107, qui e synn. quoque viscosus, excepto pilei colore hunc optime refert.

Quercet. in regionibus campestribus v. c. Scaniae ad Tosterup. Pori circa stipitem peculiari modum impressi.

6. *B. bovinus* Linn., pileo planiusculo glabro viscido gilvo, stipite aequali laevi unicolori, tubulis subdecurrentibus angulatis compositi e griseo-flavo ferruginascentibus. *Lenz.* f. 38. *senilis*. *B. gregarius*. *Fl. Dan.* t. 1018. *B. mitis* *Pers.* M. E. Pinet. boreal. copiosiss., alpinis Eur. mediae.

7. *B. sanguineus* With., pileo planiusculo laevi subviscoso sanguineo, stipite aequali laevi luteo rubelloque variegato, tubulis adnatis amplis luteo-aurantiacis. *Sowerb.* t. 225. *Silv. Eur. occident.* *Caro alba, lutescens.* *Fide* *Sowerby diu* *B. subtomentoso diversissimo subjunctus.*

8. *B. Sistotrema* Fr., pileo utrinque applanato glabro castaneo-rufo, stipite elongato gracili laevi, tubulis adnatis *curtis* luteo-fulvis, demum gyroso-dentatis. Pinet. raro. *Hyrnenii* facies *Merulii*. Valde similis *B. volvato* *Pers.* M. *Eur.* t. 17. f. 1., sed in hoc adest volva; ceterumque unica vice observatus, quare haud recepimus.

9. *B. badius* Fr. pileo pulvinato molli viscoso badio-fulvo, stipite aequali *furfuraceo*, tubulis adnatis longis majusculis angulatis sordide albo-flavis. *Lenz.* f. 35. optime — *Schaeff.* t. 126? Pinet. Sueciae, Germaniae etc. passim. Valde distinctus et affinitas fere incerta.

10 *B. piperatus* Bull., pileo planiusculo tenui inaequali glabro flato-gilvo, stipite tenui laevi fragili basi *luteo-lactescente*, tubulis subdecurrentibus majusculis angulatis ferrugineis. *Bull. f.* 451. *f.* 2. *Batsch. f.* 28 *Krumbh. t.* 37. *f.* 15—20. *Fl. Dan. t.* 1830.

In silvis et campis frequens. *Pileus udus parum viscidus.*

11. *B. parasiticus* Bull., pileo convexo glabro fuligineo stipiteque tenui laevi incurvo rigido diffractorimoso, tubulis decurrentibus minutis aureis. *Bull. t.* 451. *f.* 1. *B. Betula.* Schwein.

Nidulatur in Sclerodermate verrucoso Galliae et Amer. borealis.

** *pileo sicco, flocculoso.*

12. *B. cavipes* Klotsch, pileo umbonato sordide luteo, floccis innatis squamuloso, *stipiti tenui cavo infra annulum flocculoso*, tubis decurrentibus lutescentibus.

In Styria detexit Klotsch, Sept. 1834 *speciem stipite cavo insignem.*

13. *B. squalidus* Fr., pileo convexo-plano flocculoso-squamuloso sordide luteo, stipile firmo glabro laevi virescenti-griseo-variegato, annulo membranaceo fugaci, poris adnatis sordide virescentibus. *Boletus luteus.* (!) *Secret. p.* 9.

In Eur, Austr. Falso fingit Secretan hunc esse *B. variegato* a me subsumtum. In Suecia non crescit et vclum sequentis tantum ut villus in margine pilei junioris observatur.

14. *B. variegatus* Swartz, pileo convexo-expanso obscure luteo, *squamulis superficialibus fasciculato-pilosis adperso*, margine acuto, stipite nudo firmo

aequali laevi, tubulis adnatis minutis opacis *Lenz f. 59*. *B. fuscopilosus Secret. Krumbh. t. 75 f. 7—14*. *B. guttatus Pers. M. Eur.*

b *Aureus*, pileo subaureo, poris cinnamomeis. *B. aureus Schaeff. t. 115*.

Pinet. boreal. et alpin. copiose. *Variet. a et b. ubique promiscue occurrunt et, meo sensu, numquam separandae.*

15. *B. lividus* Bull., pileo applanato sericeo-glabrato nitido tigrino (fuligineo-livido lutescente), stipite laevi sursum incrassato luteo-rufescente, tubulis decurrentibus brevissimis minutis luteis carneque virescentibus. *Bull. t. 490. f. 1*. *B. brachyporus Pers. Myc. Eur.*

Locis paludosis rarior.

16. *B. subtomentosus* Linn., pileo pulvinate molli sicco tomentoso subolivaceo, stipite aequali laevi costatove (scabrido punctato sub lente) tubulisque adnatis magnis angulatis luteis. *Lenz. f. 36, 37. Krumh. t. 34. f. 15—28. Schaeff. t. 112*. certe hujus monstr. *B. bovinus. Fl. Dan. t. 1074*.

Ubique. *Stipes deorsum saepe attenuatus. Cuticula carnis in floccos soluta, intus non rubet. Color pilei variat.*

17. *B. cupreus* Schaeff, pileo pulvinate-plano flocculoso subolivaceo fuscescente, *cuticula intus rubente*, stipite rugoso-striato glabro rubro, poris adnatis amplis lutescentibus. *Schaeff. t. 133*.

In pratis mucosis. *Priori melius forsitan in S. M. subjunctus, sed distinctum volunt plurimi; minor est, stipite et cuticula, saepe areolato-rimosa, intus rubris distingui potest. Variat pileo glabrato rubro.*

- †18. *B. striaepes* Secret., pileo applanato molli sericeo olivaceo, cuticula intus ferruginea, stipite luteo *fusco-nigro-striato*, basi fusco-rufescente, poris minutis angulatis luteis. Bol. substrictus *Bolt. t. 170* ex Secr. Etiam a *Battarra t. 30* pictus est. In Eur. occid. et Austr. *Mihi ignotus est.*
19. *B. pruinatus* Fr. pileo pulvinateo rigido sicco glabro *umbrino-pruinoso*, stipite aequali firmo laevi luteo, tubulis adnatis minutis pallide flavis. Faget. graminos. *Etiam praeced. affinis.*
- †20. *B. radicans* Pers., pileo pulvinateo flavescenti-cinereo, *marginem involuto subtomentoso*, stipite laevi radicato tomentoso porisque minutis citrinis. Europ. media. Persoon, Trog. *An Secret. idem sit, dubium videtur.*
21. *B. appendiculatus* Schaeff., pileo pulvinateo explanato subtomentoso lateritio, stipite obeso *ventricoso radicato* apice subreticulato, poris adnatis angulatis citrinis. *Schaeff. t. 130.* In pinetis. *Caro lutescens subcoerulescens.*
22. *B. calopus* S. M., pileo pulvinateo subtomentoso sericeo-laevigato olivaceo-fuscescente, stipite bulboso valido reticulato rubro, tubulis adnatis minutis pallide luteis. *Krumbh. t. 37. f. 1—7.* (*B. terreus Schaeff. t. 315* haud bona). Silv. *Sequentibus maxime affinis, nec B. subtomentoso (ad cujus gregem pertinet B. calopus Pers.) — inter utramque sectionem ambiguus.*
- †† *Tubuli circa stipitem definite abbreviati, circulum impressum relinquentes, hinc a stipite liberi l. semiliberi. Validiores, stipite primo ovato bulboso (demum vero elongato et saepe aequali)*

normaliter reticulato. Velum nullum. Pileus crassus.

23. *B. pachypus* Fr., pileo pulvinate molli subtomentoso sicco alutaceo, stipite crassissimo reticulato rubro, superne flavo, tubulis semiliberis rotundis flavis *unicoloribus!* *Krumbh. t. 35. f. 10—15. Pers. Myc. Eur. p. 130. Der Dickfuss. Lenz. l. c. B. amarus Secr. aliique ex ejusd. tribu calopodium.*

In silvis, tam abiegnis, quam fagetis. *Pers. Myc. Eur. n. 16. est fungus senilis.*

†24. *B. torosus* Fr., pileo pulvinate scabro fuscescente, tactu nigro-maculato, stipite bulboso reticulato subradicato superne luteo purpurascente, tubulis liberis minutis luteis, dein rufescentibus. *B. pachypus. Secret excl. syn. In fagetis Helv. A priori certe differt, sequentibus magis affinis. Pileus demum lutescens. Caro luteo-sulphurea, fracta virescens, demumque coerulescens. Odor fortis.*

25. *B. Satanas* Lenz, pileo pulvinate glabro subviscoso alutaceo, stipite crasso superne reticulato atro-sanguineo, tubulis liberis minutis luteis ore obscure sanguineo, *Lenz f. 33. Krumbh. t. 38. f. 1—6. b. rhodoxanthus. Krumbh.*

Silv. Eur. med. Magnus, speciosus, venenatus, cum proxime sqq. Caro albida, fracta rubro-violacea. Sporidia terreo-flava. Variat stipite laevi; Bolet. rubeol. β. Pers.

26 *B. luridus* Schaeff, pileo pulvinate subtomentoso olivaceo, dein subviscoso fuligineo, stipite crasso reticulato miniato-rubro, receptaculo luteo, tubulis liberis rotundis luteis, ore miniato. *Schaeff. t. 107. Grev. t. 121. Krumbh. t. 38. f. 14—17.*

Silv. frond. Copiose — Similibus, immo eisdem locis diversis annis oritur B. Erythropus. P. Krumb. t. 38. f. 14—17., stipite laevi furfuraceo-punctato tantum diversus, quem igitur specie separare non possum, confirmante sequentium analogia. B. erythropus Secr. eodem modo ad B. rubeolarium accedit.

27. *B. rubeolarius* Bull. pileo pulvinate sericeo olivaceo, dein fulvo-lutescente, margine rubecundo, stipite valido obsolete reticulato aurantio, *receptaculo purpureo-aurantio*, tubulis liberis minutis luteo-virescentibus, ore purpureo-aurantiis.
Nemoros. Eur. austr. aestate. *Caro lutea, fracta mox aurea. dein coerulea, stipitis centro purpurascens.* Bulliardus ipse cum priori conjunxit. *Secretani fide admisi*, cum caractere saltim gaudeat.
28. *B. purpureus*, pileo pulvinate subvelutino opaco rubro-purpurascens, stipite firmo luteo punctis purpureis variegato, apice subreticulato, receptaculo luteo, tubulis liberis viridibus ore rufescente.
Silvat. autumnno. *Caro lutescens, centro purpureo-variegata, plus minus coerulescens; stipitis centro purpurascens.* Certe est *B. rubro-testaceus* Secret., sed ipsius Bol. *purpureus non nisi stipite laevi differt.*
29. *B. regius* Krumbh., pileo pulvinate glabro sicco subsanguineo, stipite crasso reticulato luteo basi purpurascens, tubulis semiliberis minutis curtis aureis. *Krumbh. t. 7. elegant.*
Ital. Bohem. *Gregarius, amplus, pulcherrimus, sapidissimus. Caro flavida, immutabilis.* Pileus variat purpurasc. et olivaceus.
30. *B. edulis* Bull., pileo pulvinate glabro molli subbruuneo, stipite valido reticulato pallido fuscescens, tubulis semiliberis elongatis minutis primo albobarctis, mox flavis. *Schaeff. t. 134, 135. et t. 108 monstros. Bull. t. 60, 498. Lenz f. 34. Krumbh. t. 31. B. esculentus. Pers. M. E.*
Ubique. *Colore variat, legi totum album (B. albus Pers. ch. commest.); pileo rubro etc.*
31. *B. aeneus* Bull., pileo pulvinate glabro sicco aeneo-nigricante, stipite crasso subreticulato luteo, tubulis semiliberis minutis sulphureis. *Bull. Krumbh. t. 36. f. 1—7.*
Europ. media. et austr.

32. *B. castaneus* Müll., pileo pulvinateo glabro sicco castaneo-fusco, stipite bulboso solido *laevi* concolori, tubulis minutis ex albo lutescentibus. *Fl. Dan. t* 1792. *Bol. rubiginosus Retz. var.*
In Fagetis, Habitus *B. badii*. An Bulliardii *fungus sit omnino idem nondum constat.*



II. DERMINI. Sporidia ferruginea, tubulos albidos decolorantia.

* *poris amplis angulatis, vulgo adnatis.*

35. *B. strobilaceus* Scop. nigrescenti-umbrinus, pileo pulvinateo squamis crassis floccosis imbricato, stipite aequali velato apice sulcato, tubulis adnatis amplis angulatis albido-fuscescentibus. *Scop. Ann: Hist. Nat. IV, t. 1. f. 1. Dicks. Cr. Brit. 1. t. 3, f. 1. B. strobiliformis. Vill. delphin. Krumbh. t 74. f. 12, 13 et 4. f. 1. a. B. stygius. Wallr. Compend. fl. Germ.*

b aquamis squarrosis. *B. echinatus. Vill. Bol. squarrosus. Pers. Myc. Eur. t. 19. Krumbh. t. 4. f. 1. b.*

Silv. montan Ex Ardennis misit Montagne et in Scania ipse legi.

54. *B. floccopus* Vahl., cinereus, demum nigrescens, pileo pulvinateo molli tomento crasso areolato-fasciculato squamoso-squarroso obducto, velo bombycino crasso annulari appendiculato, stipite aequali inferne umbrino-tomentoso sursum lacunoso, tubulis postice abbreviatis magnis difformibus albo-griseis. *Fl. Dan t. 1252 Chev. par. t. B. floccosus. Schwein. B. strobiliformis. Cumin.*

Faget. umbros, etiam Americae. *Priori affinis. B. cinereus, floccopus et gossypinus Pers. Myc. Eur. non differunt.*

35. *B. viscidus* Linn., pileo pulvinateo molli glabro *viscido* sordide lutescente, velo albo subappendiculato, stipite lacero supra velum subannulatum

reticulato, tubulis adnatis amplis inaequalibus lividus. *Secret. III. p. 6.* In silvis pineto-mentanis Sueciae, inque silv. subalpinis Helvetiae raro *Haec species tam e loco, quam e descriptione manifeste est B. viscidus L.; demum etiam stipes et velum in gluten viscosum.*

36. *B. porphyrosporus* Fr., pileo explanato amplo sicco laevi velutino olivaceo, velo nullo, stipite aequali laevi punctis minutis stipatis fuligineo, tubulis semilibris amplis pentagonis unicoloribus griseis.

Ad margines viarum arenosarum in silvis Smolandiae raro. *Distinctissimus jam sporidiis ferrugineo-purpurascens.*

37. *B. fuligineus* Fr., pileo pulvinate villososericeo fuligineo-olivaceo, velo nullo, stipite conico laevi bicolori superne umbrino-fuligineo, tubulis semilibris elongatis albidis, ore irregulari olivaceo-ferrugineo.

Locis graminosis caespitosis. *Praecedenti affinis.*

*** tubulis minutis, aequalibus, rotundis, liberis.*

38. *B. alboater* Schwein., pileo pulvinate subtomentoso velutino stipiteque valido floccoso atris, velo tomentoso, tubulis minutis rotundis albis.

Silv. Amer. boreal.

39. *B. versipellis* Fr., pileo pulvinate sicco, primo compacte rufo-tomentoso, dein squamoso, velo membranaceo annulari appendiculato, stipite valido subbulboso concentricè squamoso scabro, poris liberis minutis griseo-albis.

In silvis. Sq. *nimis cognatus, vulgo B. rufo subscriptus.*

40. *B. scaber*, pileo pulvinate laevi glabro, udo viscidulo (omnicolori), stipite solido valido attenuato fibris punctato-squamosis exasperato, velo obsoleto, tubulis liberis minutis rotundis ex alba sordidis. *Schaeff. t. 103, 104*

Krumbh. t. 32.

Omnium vulgatissimus. *Bol. aurantiacus* et *scaber* Bull. non differunt. Nec Boleti n. 6—12. Secret.

†41. *B. rugosus* Sow., pileo pulvinate laevi glabro, stipite valido *subcavo* elongato costato-rugoso, velo nullo, tubulis liberis minutis albidis. *Sow. t.* 420
Anglia. *Pileus badius, fuscus* etc. (Nomina t. 420 et 421 apud Sowerb. e schedula meo exempl. addita commutata.)

42. *B. laevis* Fr., pileo pulvinate laevi glabro, *stipite* solido brevi firmo *laevissimo*, velo nullo, tubulis liberis rotundis cinerascentibus.
In Grönlandia. Comes Raben! *B. scabro simillimus sed stipite laevi et corticato! distinctissimus.*

C. HYPORHODIUS. Sporidia roseo-incarnata!

43. *B. felleus* Bull., pileo pulvinate molli glabro, stipite attenuato reticulato, tubulis subadnatis angulatis ex albido roseis. *Bull. t.* 379. *Krumbh. t.* 74. *f.* 1—7.

Pinet. *Colore admodum varius. Forte separandus*
B. alutarius Fr. obs. *colore pallido, sapore miti, carne aquosa haude rubente, stipite laeviusculo — sed notae essentialis desunt et semper solitariae obvius.*

D. LEUCOSPORI. Sporidia alba!

44. *B. cyanescens* Bull., pileo compacto subtomentoso opaco, fracto mox cyamcescente, stipite e farcto cavo ventricosum laevi, tubulis liberis rotundis. *Bull. t.* 569. *Krumbh. t.* 55. *f.* 7—9.

Silv., frequ. in Sueca occident., Galia etc.

45 *B. fulvidus* Fr., pileo convexo-plano rigido glabro nitido, fracto immutabili, stipite e farcto cavo aequali laevi glabro, tubulis liberis rotundis. *B. castaneus. Krumbh. t.* 4. *f.* 28—30. *B. testaceus Pers. Myc. Eur.*

In pratis et ericetis.

Index
to the latin names of fungi
appearing in Boleti, fungorum generis illustratio

Page numbers in bold indicate the place of the species description

Boletus

- aeneus.....**11**
- alboater.....**13**
- albus.....11
- alutarius.....14
- amarus.....10
- annulatus.....5
- appendiculatus....**9**
- aurantiacus.....14
- aureus.....8
- badius.....12
- badius.....**6**
- betula.....7
- bovinus.....**6, 8**
- brachyporus.....8
- calopus.....**9**
- castaneus.....**12, 14**
- cavipes.....**7**
- cinereus.....12
- circinans.....5
- collarius.....5
- cupreus.....**8**
- cyanescens.....**14**
- echinatus.....12
- edulis.....**11**
- erythropus.....10
- esculentus.....11
- felleus.....**14**
- flavidus.....**5**
- flavus.....**5**
- floccopus.....**12**
- floccosus.....12
- fuliginus.....**13**
- fulvidus.....**14**
- fuscopilosus.....8
- gossypinus.....12
- granulatus.....**5**
- gregarius.....6
- guttatus.....8
- laevis.....**14**
- lividus.....**8**
- luridus.....**10**
- luteus.....**4, 5, 7**
- mitis.....6
- olivaceus.....6
- pachypus.....**10**
- parasiticus.....**7**

Boletus

- piperatus.....**7**
- porphyrosporus....**13**
- pruinatus.....**9**
- purpureus.....**11**
- radicans.....**9**
- regius.....**11**
- rubeolarius.....10, **11**
- rubiginosus.....12
- rubro-testaceus...11
- rufus.....13
- rugosus.....**14**
- rutilus.....**5**
- sanguineus.....**6**
- satanas b. rhodoxanthus 10
- satanas.....**10**
- scaber.....**13, 14**
- sistotrema.....**6**
- squalidus.....**7**
- squarrosus.....12
- striaepes.....**9**
- strobilaceus.....**12**
- strobiliformis.....12
- stygius.....12
- substrictus.....9
- subtomentosus....**6, 8, 9**
- terreus.....9
- testaceus.....14
- torosus.....**10**
- variegatus.....**7**
- velatus.....5
- versipellis.....**13**
- viscidus.....**12**
- viscidus.....13
- volvatus.....6

CORTINARIAE.....4

DERMINI.....12

HYPORHODIUS.....14

LEUCOSPORI.....14

Scleroderma

- verrucosum.....7